

1426. III. Kal. Martii.

Ex Hist. Minervitarum

Ut Fratres Provinciae Poloniae recipiant domum in Waddingi.

^{Oppido Sireny, & pp.}
Martinus V. PP.

Venerabili Fratri Episcopo Posnaniensi.

329.

73

Sacrosanctae Ecclesiae etc. Sane pro parte
Charissimi in Christo Filij Nostri Vladislai
Poloniae Regis illustris, ac Dilectorum Filio-
rum Provincialis Ministri, et Fratrum Ordinis
Minorum Provinciae ejusdem Regni Nobis
nuper exhibita petitio continebat, quod olim
Rex ipse etc. ob singularem quem ad dictos
Fratres, et eorum Religionem gerit devotio-
nis affectum, ad divini Nominis laudem
etc. quendam locum in oppido de Sireno
enariens, Diocesis consistentem, pro usu
et habitatione aliquorum dicti Ordinis
Fratrum, qui pie vite studio plures illarum
partium Personas lucrifacere, ut earum sa-
luti fructuosius consolere possent, Ministro,
et Fratribus eidem donavit, et assigna-
vit. Quare pro parte Regis, Ministri et Fra-
trum praefatorum Nobis fuit humiliter sup-
plicatum ut etc. Nos igitur etc. Fraternita-
ti tuae etc. mandamus, quatenus vocatis quo-
rum interest, si illorum accedat assensus
Ministro, et Fratribus ejusdem locum praefa-
tum recipiendi, et reparandi, ac in illo do-

num

num cum Ecclesia etc. construendi etc. auctori-
te nostra licentiam largiatis, non obstantibz
tam scilicet: Bonifacij Papae VIII. etc. qua
alijs etc. contrarijs quibuscunque, Jure Pa-
rochialis etc. salvo. Volumus autem d. Apo-
stolica auctoritate concedimus, quod Fra-
dicti Ordinis, qui in hujusmodi novis Domi-
bus morabuntur, omnibus Privilegijs etc.
gaudeant et utantur, quibus alij Fratres
dicti Ordinis etc. gaudent etc. Datum Ro-
me apud S. Apostolos iij Calendas Mar-
tij Anno nono.